



Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

De crudelißima urbis Romæ direptione, et indignißimo casu ciuitatis
omnium Reginæ atq[ue] dominæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

alia uitia uires accipiunt, legum contemptus, ad
 dacia, adiunguntur corrupta sodalitia, bono
 studia omnia deseruntur, succedit ocium, id est
 luptates inuitat. Atq; harum rerum qui sitio
 tus, quæ κατὰ σοφίαν, sæpe uidemus. Nō igitur
 hil periculi est, ut quidā existimant, ignoscere
 in his nugis, ut uocant: Nimis quàm uerū est
 nugas seria ducere. Vetus est uersiculus, magis
 teneri non posse, si parua negligenter uocantur
 εἰ μὴ φυλάσσεις μικρὰ ἀπολεῖς τὰ μέγιστα.

Idem hic fieri uidemus: Nā qui parum firmi
 aduersus has leuiores cupiditates, hos citius
 nione alia maxima mala opprimunt. In pro
 autem nos qui Christo nomen dedimus, ueraciter
 am ac modestiā in omnibus uita partibus colimus
 decet, & quia ea uirtus Deo imprimis placet,
 & ut bonis exemplis aliorum mores meliores reddamus. Dixi.

ORATIO CVIVSDAM STVDII

si de capta & direpta urbe Roma,

Anno 1527.



Tsi intelligebam eos qui hoc
 pro more scholæ fidas fabul
 gunt, multo minus oneris
 re.

re, quàm qui ueras causas tractãdas suscipiunt, ta-
 men me, nõ fiducia ingenij, quod sentio, quàm sit
 exiguũ, sed magnitudo doloris perpulit, ut hunc
 in locum nõ fictum argumentum ex ueteri aliqua
 trægœdia, sed historiam adferrem nimis quàm ue-
 ram. Sum enim dicturus de crudelissima urbis Ro-
 mæ direptione, et deploraturus indignissimum ca-
 sum ciuitatis, omnium regnæ atq; dominæ. Ete-
 nim cum nemo tã ferus sit, tamq; prorsus ab homi-
 nis sensu alienus, qui non acerbissimè ferat indi-
 gnam patriæ, quæ genuit, quæq; educauit, fortu-
 nã, quo tandem animo nos accipere urbis Romæ
 interitum atq; excidium decet, cum ea urbs una
 in terris fuerit omniũ gentium cõmunis patriæ.
 Ego profecto non minus illius calamitate cõmoue-
 or, quàm eius ipsius oppidi, quo me primum na-
 scentem excepit, aduersis rebus perturbarer.
 Cum igitur esset hoc in loco mihi pro more dicen-
 dum, non potui, cum esset animus dolore occupa-
 tus, alia de re orationem instituere. Vbi dolet,
 inquit, ibi manum habet: Quare cum assiduo
 uersaretur ob oculos eius urbis direptio atq; in-
 cendium, quæ nobis leges, quæ religiones, quæ o-
 mnes honestas disciplinas tradidit, deniq; à qua
 plura beneficia, quàm ab ipsa patria, in qua quis-
 que genitus est, omnes accepimus, cõegit me ma-
 gnitudo

Direptio urbis
 Romæ,

Romana benefi-
 cia.

gnitudo doloris, de fortuna urbis, deq; miserrimis temporibus queri, praesertim in hoc cœtu, apud homines doctissimos, qui intelligunt quatum huic urbi, ex qua litera, & humanitas huc importata est, omnes gentes debeant. Quod autem de capta Troia Vergilius praefatur:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando

Explicit, aut possit lachrymis aequare labores
Ego multo iustus usurpem: Nulla est enim tanta eloquentia, quae atrocitatem huius rei pro merito exponere possit, quae uel explicare queat, quanta tam ruinam omnium optimarum rerum, huius uenit uerbis euersio, secum trahat. Quil ullo seculo accidit indignius, quam quod ille ipse exercitus, qui a Cesare in Italia, ad salutem omnium bonorum, ad custodiendam urbem, Imperij arcem, collocatus erat, illi ipsi urbi nefariam uim, contra optimi Principis Caroli uoluntatem, contra discipline militaris leges, contra auspicia, contra maiorum exempla, intulit. Est enim liberandus culpa Caesar, qui etiamsi iustus de causis Romani Pontifici irascitur, tamen hoc exitu uictoriae nimis delectatur. Neque enim obscurum est, esse natura ad clementiam moderattonemq; duci, & a crudelitate abhorrere. Et cum maiores suos nomine ac titulum Imperij in hanc nationem a seruis

Exercitus Caesaris indignitas.

Carolus V.

urbe Roma intulisse uideat, dubitari non debet, quin in illorum intuens exempla, intelligat omnes imperij opes ac uires ad huius urbis salutem defensionemq; maximè conuertendas esse, & ab illa uim atq; uasitatem depellendā. Quam multos numerare potest, cum imagines auitas aspexerit, qui turbulentissimis tempestatibus urbem Romam maximis terroribus liberauerint, qui quanquam periculosissimis bellis domi impliciti, tamen uelut ad patriam defendendam huc summa uirtute accurrerint, quia in huius unius urbis periculo periclitari omnium gentium salutem existimabant. Huc adde, quod nullius Regæ familiæ, si quis omnes numeret, plura clementer aut pie facta recenseri possunt, quàm Austriacæ. Et maiorum suorum adeo non dissimilis est Carolus, ut quantum omnes Imperij magnitudine antecedit, tantum etiam uincat clementia. Quod enim in illa historia factum clementius legitur, quàm quod inimicissimum Regem, à quo bellum contra ius gentium motum erat, captum in acie, non modo dimisit incolumem, sed etiam deuinctum affinitate, in regnum restituit? Tantam clementiam ac bonitatem nulla humana uox pro dignitate prædicare atq; ornare potest.

Longè igitur fallitur, si quis in tale ingenium
tanti ams

Clementia Caroli.

tantā iracundiam cadere existimat, ut ullas quam
uis magnas iniurias hoc modo ulcisci uoluisse uideatur.
Ille uerò priuatim dolere, uel urbi ipsi, qua Imperij nomē habet, uel tot sanctissimis aris,
uel aliarum gentium, quae suas Respub. sine iuri
urbis cōsilio tenere nō possunt, utilitati condonasset,
quāuis iratus, si licuisset ei praesenti, rem sibi
tam minimeq; expectatam regere ac gubernare.

Exercitus fau
dia,

Quare Caesar nullo modo in hac oratione accusandus est, qui exercitum in Italia ad custodiā tranquillitatis publicae habuit, nō ad latrocinium exercendum, nō ad euertendam urbem imperij arcendam, nō ad prophananda templa, nō ad diripiendas bibliothecas, nō ad trucidandos sacerdotes, non ad uirgines et honestas matronas rapiendas. Haec omnia tegit suis armis; suoq; exercitu Imperator uellet, exercitus, ut sepe alijs accidit, cōtra disciplinā militarem, cōtra fidem Imperatori datam, auaritia, ad diripiendam urbem opulentissimam, quam sine praesidio esse animaduertat, incitatus, omnia diuina atq; humana iura uiolauit. Haec latrones optimo iure accuso, qui iniussu Imperatoris sine legitimis ducibus, urbem Romam intraserunt. Finge iustam causam fuisse Romam intrandae, tamen seditio est, sine legitimo Imperatoris impetum in quenquam facere. Quid autem

contrarium militiae est, quam seditio: quia hanc unam ob causam, iure gentium bella geruntur, ut coerceantur hi, qui per seditionem, sine Magistratum auctoritate, arma capiunt. Non igitur milites uocandi sunt, qui iniussu Imperatoris urbem expugnauerunt, sed quoniam ius gentium commune uiolauerunt, hostes non modo Imperij, sed uniuersae societatis hominum. Romani aliquot imperatores alij in filios, alij in Principes ciues capitaliter animadueterunt, quia iniussu Imperatorum, cum legitimis hostibus prouocati pugnaissent, fuitque tanta disciplina seueritas, ut hostium loco haberentur, qui praeter Imperatoris edictum, gladium strinxissent. Quamto iustius hostium loco descendunt isti Cares, qui inaudita crudelitate iniussu Imperatoris aduersus inermes exercuerunt? At quam tandem ob causam seuitum est in urbem? Quia pecuniam non numerauit auaro atque crudeli exercitui. Quid aliud cause latro dicat, cur uia torem occiderit? Olim Gallos propemodum iusta ira pertraxit ad urbem: Nam Legatus Romanus contra ius gentium in acie pugnaerat. Isti latrones nihil causantur aliud, quam pecuniam non esse datam, quam flagitarunt. Non igitur tentata urbs est, quia Pontifex esset alieno animo erga Caesarem, quia Gallus & Venetis esset aequator. Nihil

x in gra

Militaris disciplina apud Romanos.

Causa urbis tentata, auaritia.

in gratiam Caroli susceptum est. Avaritia et amplissima praeda spes, perpulerunt, ut transgressi Apenninum, maximis itineribus summa celeritate confectis ad urbem properarint. Nec dierum quot inedia, nec hostis à tergo, & à lateribus moratus est iter, sic accendat omnium animi praeda cupiditas. Hæc si iusta causa oppugnationis uideri potest, non intelligo, cur non omnes latrones excuset praeda cupiditas. Si hæc iusta belli causa in terris est, nihil obstat iam, quo minus in urbibus unusquisque inuadat in ædes locupletiarum, siquidem ex praeda ius existimandum erit.

Gotthi sacris
pepercerunt.

Sed nõ disputabo subtiliter de causa, nec percinabor Pontifici, in quem culpa cõfertur. Næne igitur in uictoria moderatione uendum fuerit. Nullum ne discrimen sacrarum ac prophanarum habendum? Quis tam crudelis unquam uictor fuit, etiam apud Ethnicos, qui non abstineret à templis? Augustinus scribit Gotthos, cum cepissent urbem, non modò à Christianorum templum abstinuisse, sed etiam his donasse uitam, quod eò profugerat. Tanta nominis Christiani reuerentia apud barbaros illos fuit, qui doctrine cõcepti ignari, nomen tantum Christianorum audierat. Isti sacrilegi quas aras, quod sacellum reliquerint intactum? Et accepimus non tantum omnia spo-

spoliata esse, monumenta sanctorum uirorum preciosiora, & thesauros ad publicam utilitatem totius Italiae ibi conditos, direptos esse, sed etiam caede & alijs sceleribus prophanata esse, decantata sunt per ludibrium sacrae cantiones. Ita nulla non contumelia affecta est religio Christiana. Quid Turcae aliud faciunt expugnatis Christianorum urbibus? O ueram uocem Poetae, qui dixit:

Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur:
 Quae uox si unquam aliàs, nunc maxime usurp
 ri potest. Nunquam enim antea captis urbibus per
 inde polluta sunt ac prophanata omnia sacra. Nū
 quam ante in Germanico milite notata est auari
 tia, nunquam sacrarum ac diuinarum rerum similis
 contemptus fuit: Sed cum alijs in rebus continentior
 ceterarum nationū militibus haecenus fuit, tum
 singulari religione uim à sacris rebus abstinuit.
 Nunc autē o Dij immortales, quam dissimilis hic
 exercitus maiorum nostrorum fuit? quam longè de
 generauit à ueterum modestia? Maiores nostri nū
 hil praeter uictoriae laudē cupiebāt domum repor
 tare. Itaq; nec priuatorum fortunas diripiebant,
 tantum abest, ut attigerint res sacras. Nec procul
 exempla continentiae requirenda sunt. Quis toto
 Veneto bello à Maximiliani exercitu unum
 oppidum audiuit direptum esse? Nemo profecto.

Maximilianus
in uindicanda
auaritia accerri-
mus.

Et Maximilianus ipse, cum esset in puniendis delictis lenissimus, tamen in uindicanda auaritia uolentissimum acerrimus fuit. Etenim cum in eo bello capta Vincentia, quidam in iussu suo in aliquot viciniam aedes praedandi causa impetum fecissent, praeterea totam illam cohortem oppressit, et plures ducentis securi percuti iussit, ut eo exemplo ostenderet, non omnia uictoribus in uictos licere.

Habes Carole Caesar autem exemplum, quod de exercitu iudicare te oporteat, qui auaritia corruptus, omnia diuina atque humana iura uiolauit.

Hispani nouae
disciplinae mag-
istri.

Et haud scio, an noceat nostris hominibus conuicio Hispanorum: hos, ut uereor, nouae disciplinae Magistros habent. Ab his tanquam lanistis auaritiam crudelitatemque discunt.

Non minus autem sacrilegium est, bibliothecae quam phana diripere. Non enim inter sacras res, aut diuinas recensenda sunt aurea uasa, quibus in caeremonijs nostris utimur? et non recensendi sunt libri, qui caelestia oracula, qui doctrinam religionis, alias honestas artes diuinitus ostensas generi humano continent? Neque uero usquam bibliothecae locupletiores sunt ullae, quam fuerunt Romanae. Haec omnis generis scriptores ex toto orbe extraxerunt, magna cura bonorum Pontificum, conuecti sunt. Huc nuper adeo, quicquid reliquum fuit literarum

Bibliothecae
Romanae.

rie suppellectilis in tota Græcia, importatum est.
 Hæc monumenta cum æterna esse debuerint, ta-
 men furore militum aliqua ex parte corrupta di-
 cuntur. Et haud scio, an impia flamma per urbem
 uagata, bibliothecas etiam attigerit. O iacturam
 nullo unquam seculo reparabilem. Quot religio-
 nis nostræ interpretes, qui præterea nusquam ex-
 stant, quot aliarum optimarum artium autores
 amissos arbitremur? Quis non uehementer dole-
 at tot seculorum labores, tot noctium uigilias à
 doctis hominibus ad utilitatem posteritatis lucu-
 bratas, in hanc fortunam incidisse? Statuas, aut
 picturas elegantes magnorum uirorum magno
 cum dolore amittimus, quas uel propter artis bo-
 nitatem, uel propter memoriã eorum, quos repræ-
 sentabant, si fieri posset, æternas esse optamus.

Quantò magis dolere debemus tot ingeniorum
 interitum? quæ non modò propter scriptorum
 pulchritudinem miramur, sed etiam propter uti-
 litatem amamus. Neque enim retineri Respub. si-
 ne honestarum artium cognitione, & sine libris
 possunt. Cum igitur arma geri debeant, ad teger-
 das omnes pacis artes, uidete quantum scelus
 isti latrones admiserint. Qui quæ armis defendi in-
 primis oportuit, ea noua et inaudita amentia dis-
 siparunt, atque euerterunt. Hæc cum in urbibus

x iij bello

bello captis, nō aliter atq; templa, sacra symbola,
 aras, boni Imperatores semper conseruari iusse-
 rint: isti odio, credo, religionis Christiane, nō uer-
 ti sunt impijs manibus lacerare ac perdere. Non
 est autē obscurum, quantum detrimenti accepit
 Resp. bibliothecis illis dissipatis, quæ in Ecclesia
 sticis dissensionibus tanquā oraculum consulti so-
 bāt: ex quibus publici legū libri, præterea omniū
 bonarum artium emendabantur. Neq; uerō studia
 literarum sine literis ac libris emendatis florent
 possunt. Quæ si extincta fuerint, quæ barbaris
 quæ religionum cōfusio, quæ ciuitatum pertur-
 batio apud omnes gentes secutura est? Nō igitur
 unā urbem hæc calamitas pertinet, sed ad omnes
 gentes, quæ retinere religiones, ac studia bonarū
 artium sine Romanis bibliothecis nō possunt. Neq;
 uerō impune erit istis latronibus, tor sceleratiorū
 nijs expugnatione urbis perpetrasse. Videt hæc
 Deus, inspector atq; arbiter omnium humanorum
 consiliorum atq; factorum. Hic ulciscetur contra
 meliam templis, libris & similibus monumentis
 religionis illatam, non aliter atq; de Rege
 syrio supplicium sumpsit, qui sacra uasa Hiero-
 lymis allata prophanauit. Neq; illa uox Baptistæ
 cuiusdam, quem Romæ aiunt, & antea ciuitatis
 hanc cladem, & postea uictoribus minatum

Danielis Capi-
 te V.

Baptista.

sine numine emissa uidetur. Legistis enim, ut opi-
 nor, dixisse Baptistam illum, futurum, ut rapta
 undiq; spolia breui reuomant. Neq; enim diu tole-
 rare Deus sui contemptum, superbiam in rebus se-
 cundis, crudelitatem in imbecilliores potest. Nō
 enim possum hic dicere, qualem carnificinā in to-
 ta urbe exercuerint. Nec libet commemorare ra-
 ptas à complexu parentum uirgines, non abstra-
 ctas à maritis honestas matronas, non mactatos
 senes ac sacerdotes. Quāta enim fuerit in urbe li-
 centia audacissimorum hominū, inde aestimari po-
 test, quod duodecim diebus, nullos habuit exerci-
 tus militari more, Magistratus: In tot dierum
^{ἀναρχία} tranquilla alioqui ciuitas, nihil nō mali
 ab urbana multitudine pertulisset. Quanto atro-
 ciora necesse fuit accidere, ab armatis & uictori-
 bus? Est enim uerissimum illud, quod apud Euripi-
 dem Rex quispiam dicit: Nullo non incendio se-
 uiores ^{ἀναρχία} exercitus esse. Nusquam audi-
 uimus aut legimus in ulla ciuitate capta, tātā li-
 centiā exercitus uictoris fuisse, ut tot diebus nul-
 lis Magistratibus regeatur, aut coherceretur.

^{ἀναρχία}
 exercitus & li-
 centia.

Accepimus & ante Romam captam esse, pri-
 mū à Gallis, deinde post multa secula à Gothis. Galli.
 Verum, multò grauius hoc tempore afflictā uide-
 tur. Galli enim tātum in desertas ades se uierunt.

x iiij. Ci

Gothi.

Germani &
Hispani.

Ciues partim in Capitolium se receperant, partim Veos profugerant, intenti in occasionem rei bene gerendæ. Non arcem urbs, non Imperium, non Magistratus, non sacra, non cætera ornamenta amisit. Postea Gothos quanquam ex longinqua obsidione irati uehementius essent, legum ita moderatos esse in uictoria iram, ut edictum etiam propositum fuerit, ut parceretur his, qui in templa Christianorum confugissent, & ut urbs sine cæde diriperetur. Atqui hoc tempore tantum absuit, ut a sacris rebus abstinerent uictores, ut non cupidius aliunde prædati sint. Cædes facta tota urbe miserorum ciuium: Bona ciuitatis partim incendio deleta: Studia omnium honestarum rerum quæ ibi floruerunt, armis conterrita, obmutuerunt. Abolita sunt & hæc, quæ si mansissent, instaurare collapsam urbem potuissent, ueterum Magistratus, leges, forma iudiciorum.

Iustus igitur hic dies, qui fuit pridie nonæ Maij, eo enim proximo anno urbs capta est, inter atrosc, quàm Alliensis numeretur. Ac uereor futurum, ut ad posteros hic dies multo uerius Alliensis uideatur illi urbi fuisse, quàm ullus alius: Neque enim facile se ex tanta calamitate urbs recreabit. Ac uide quantum distet ab exemplis ueterum Germanorum, huius exercitus facinus. Carolus primus

Exempla ueterum Germanorum.

pulsis ab urbe Longobardis, à uastitate urbem at
 que Italiam prohibuit. Ottho primus liberauit ea
 am Berengarij Tyrannide. Et ut multa omittam,
 fortissimus ac sapientissimus Princeps, auus Caro
 le tuus Maximilianus, quanto cōsilio Gallum du
 centē maximum ac fortissimū exercitum ad urbē,
 irritatum atq; accensum odio Iulij Pontificis, in
 de usq; à Rauenna, ubi maxima pugna exercitum
 Pontificiū uicerat atq; fugauerat, ad ultimā Gal
 lie oram, in Belgicum retraxit, ne qua clade urbs
 ab irato uictore afficeretur. Nunc autem ô tem
 porum labē, ille ipse exercitus, quē Caesar uniuer
 se Italie presidio esse uoluit, inauditā crudelita
 tē in urbe principe totius Italiae, imò totius orbis
 exercuit. Non exempla ueterum Germanorum, nō
 dignitas urbis, nō ingentia beneficia collata in o
 mnes gētes, flexerūt eos ad misericordiā. Quis nō
 doleat usq; adeo deformatā esse eā urbem, quæ o
 lim rerū, ut inquit Vergilius, pulcherrima, Prin
 cept Imperij omnium gētium fuit, quæ una exem
 pla plura uirtutum protulit, quā omnes ubiq;
 aliæ ciuitates: quæ nobis leges, quæ literas, quæ
 religiones, quæ humanitatem, quæ omnes hone
 stas disciplinas, quæ deniq; omnem bene uiuendi
 rationem nobis tradidit, ut hanc urbem semper
 tanquam communem patriam omnium gentium
 x v homines

Roma Prin
 cept Imperij.

homines coluerint. Nonne tot urbis meritis, etiam si quid peccasset Pontifex, condonari debuit? Nunc Pontificis peccatū furiosus exercitus per rictu uindicat, dum sceleratas manus ei uraiū iicit, quæ nobis omnibus pro patria esse debet. Longè enim plura beneficia ab ea unusquisque nostrum accepit, quàm ab eo loco, qui nascentē primum excepit. Ad hanc urbem omnes controuersie omnium gentium delatæ sunt. Hæc tanquam in excubijs semper fuit ad retinendā religionem. Hoc semper in terris doctissimorum hominum domicilium fuit. Hæc fugientes omnes honestas artes ex Græcia exulantes excepit. Hic nuper omnes bonæ discipline tanquam renatæ sunt. Hinc in omnes terras propagatæ sunt, nō aliter atque semina frugum in totum terrarum orbem, à Tripoleos sparsa sunt. O ingratos homines, qui si hæc beneficia intelligunt, nullam putant se sic merenti citi gratiam debere? O amentes, si nō intelligunt.

Vrbis uitia odiosè colligi.

Nonnulli odiosè colligunt urbis uitia & incommoda, quæ inde ad alias gentes perueniunt. Scilicet astuti hominis, quod dolet meminisse, quod potest obliuisci. Hoc erat humanius, commoda agnoscere, & tam multis benefactis incommoda condonare. Quæ, qualiacumque sunt, talibus certè medijs corrigi non poterunt. Nemo dubitet potest.

ricidij esse reum, qui patri leuiter deliranti oculos effodiat, aut præcidat manus? Quid igitur hoc aliud est, quàm parricidium, tam atroces pœnas de patria propter nescio quæ errata sumere. Itaque miseret me non modò fortunæ urbis, sed etiã aliarum gentium: Magnam enim ruinã bonarum rerum apud omnes nationes, hic urbis casus, ut ue reor, habet, nisi respexerit nos Deus pro sua summa bonitate, et horum malorum, quæ impendent, remedia ostenderet. Vos quoq; existimo cum interitum nobilissimæ urbis, dolere, tum impendentium malorum metu, perturbari. Etenim cum coli patriæ honoribus ab omnibus debuerit, tamen à nobis maximè, qui lingua ciuitatis utimur, quiq; plura quàm uulgus, beneficia ab illa accepimus, id fieri debet. Ius nobis cum uulgo cõmune est, studia optimarum artium, non sunt cõmunia, quæ longè antecellunt alijs omnibus humanis rebus. Vos igitur uerè Quirites, quoties tã funestã luctuosamque patriæ direptionẽ recordamini, expèdite quæ à uobis officia tali tẽpore requirantur. Bona uulgi pars ridet Sardonum risum in aliena calami. a te, et triumphat, quasi re bene gesta, à quorum opinione lögissimè nos abesse conuenit. Neq; enim intelligunt, quid illi urbi debuerint, aut quid detrimenti ex eius interitu Resp. acceperit. Deinde
cum

Roma patriæ
honoribus cog
lenda,

cum in hoc misero urbis casu uidentur etiam studia literarum in quoddam discrimen uenisse, nos quod bonos ciues decet, magis in hæc studia incipite, quæ si conseruauerimus, non desperandum est, quin urbs ipsa rursus in pristinum statum, & dignitatem restitui possit. Dixi.

VITUPERATIO EBRIETATIS
scripta à Vito Vuinsenio.



M Arcus Cato, cum aliquando ad plebem Romanam impertunius de diuisione frumenti atq; alijs suis commodis tumultuantē, orationem, qua placaret eos, habere institisset, & perum equis auribus se à plerisq; audiri animaduerneret, in hunc modum initio dicendi fertur exclamasse: Quam difficile est, inquit, ad uentrem uerba facere, qui aures non habet? Sentiebat enim surdo fabulam cantari, si quis, præsertim apud uesanam multitudinem, uentri leges dictaret.

Idē ego mihi quoq; accidere uererer, si hæc oratio, quam iussu præceptorum de sobrietate ac temperantia institui, mihi alicubi in cœtu uulgi, et
heluonum,

Venter caret
auribus.